



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

SS. Romanus Et Barula MM. 18. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

18. Na
cium p
præbu
fus est
vocare
ne un
ret ?
penè
pro E
flagris
vit. S
clama
inter
etiam
Super
suppli
put ab
simu e
damn
solvit.
tiam
sunt, c
tercep
sucel
Qu
semper
digna
ram g
sæcula
det b
S. Be

720 VITÆ SANCTORUM. 18. Nov.
non sibi sed Divorum lipianis, quæ fe-
rebat, adscripsit. Congresius Romæ cum
Gregorio Pontif. cùm hic viri staturam
(multum animo minor erat) tacite
miraretur, non nescius arcanarum co-
gitationum noster, *Dominus*, dixi:
fecit nos; non ipsi nos. Itaque maximus
deinceps GREGORIUM ipse etiam ma-
gnus Gregorius fecit. Ex Surio.

Tres virtutes sunt, quæ pueris adoles-
centibus magis congruunt, *Verecundia*,
Taciturnitas & *Obedientia*. Non est au-
tem dubium, si has studuerint habere,
quin possint, Christo duce, ad culmen per-
fectionemque virtutum ascendere. S. Ben-
1. de Ord. vitæ.

SS. ROMANUS ET BARULA MM.
18. Novembri.

P Arabat anno Servatoris ccx. Af-
clepiades Procos. excindere tem-
plum Christianorum Antiochiae. Huic
nimirum ROMANUS sese opposuit, &
dictis suis animos sociis unicus addidit.
Nunc demum pugnandum pro Aris cogita-
rent. Hostem utique esse Asclepiadempa-
triæ, qui huic DEUM ere tumiret. Pal-
chrum fore, ut aras defendarent, cädere ad
aras litaturos. In quamcumque demum par-
tem aëta caderet pugna, viatores Christianos
futuros. Caput igitur velut sedicio-
sus ROMANUS, & ex equuleo suspenitus,

cam

18. Nov. VITÆ SANCTORUM. 721
cūm plumbatis, cæderetur, ferreum se
præbuit. Quin causæ optimæ fidens, au-
sus est ad teneræ ætatis testimonium pro-
vocare. Audiret vel ex hâc judex, Deum-
ne unum an dæmones tot colere præsta-
ret? Et ecce evocatus B A R I L A infans
penè non minus fortiter quām facundè
pro *Deo & Romano* dixit, dictaque sua
flagris & ipse concisus sanguine firma-
vit. Sic enim verò peroranti filiolo ac-
clamavit è turbâ mater fortissima, quin
inter tormenta sitibundum objurgavit
etiam, quod aquam rogaret, quando
Superi sanguinem ipsius sitirent. Inde ad
supplicii locum & dux & bajula filii ca-
put abscissum & sanguinem, dulci urnâ,
singu exceptit. At R O M A N U M ad ignes
damnatum patracinante cælo imber ab-
solvit. Quin linguâ orbatus innocen-
tiā suā tamen prius loqui non de-
sist, quām strangulatis fauibus vox in-
tercepta est. Sed & hujus Echo cum plau-
su cælo excepta. Ex Prud. & Chrysost.

Quid illi grave videri poterit, qui
semper mente tractat quām non sint con-
digne passiones hujus temporis ad futu-
ram gloriam? quid concupiscere poterit in
sæculo nequam, cuius oculus semper vi-
det bona Domini in terra viventium?
S. Bern. serm. 4. de Ascens.

Z Z.

S. ODO